



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Sacramentum Ordinis

Biesmann, Caspar

Coloniæ Agrippinæ, 1694

Caput VIII. De jejuniis tam Episcopi, quàm ordinandi, tempore ordinationis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42240

tione requiritur ; pro privata probabile est sufficere Sacellū. Dian. & alii comm. cum Trid. solum loquatur de solemni, id est, ea, quæ fit statutis à jure temporibus.

CAPVT VIII.

De jejunio tam Episcopi, quàm ordinandi, tempore ordinationis.

Quando Episcopus ex causa in Sabbatho non potest absolvere totam ordinationem; vel eam nequit inchoare: poterunt Majores suscipi sequenti die Dominica; modo tam Episcopus quàm ordinandus continuet jejunium usque in Dominicā.

QUOD si Episcopus ex justa causa v. g. ob multitudinem ordinandorum Sabbatho non possit absolvere totam ordinationem, vel etiam ob similem causam non possit inchoare, poterunt majores suscipi sequenti die Dominicā, dummodo tam ipse Episcopus quàm ordinandus continuet jejunium usque ad Dominicam. Nam per continuationem jejunii dies Dominicus fictione juris fit unus dies cum Sabbatho, ac proinde quod licet Sabbatho, licebit & Dominico. Dian. P. 2 Tr. 2. miscell Ref 30. & alii;

& alii ; ex qua modò data ratione rectè sequitur non posse juxta cap. litteras, de tempore Ord. eum, qui in Sabbatho suscepit unum sacrum Ordinem, in Dominica suscipere alium sacrum. Nam aliàs uno die susciperet duos majores, eo quod dies Dominicus reputetur idem cum sabbathino propter continuationem jejunii. Est autem juxta Trid. *Sess. 13. C. 23. de reform* omnino illicitum uno die suscipere plures sacros Ordines. Excipe Episcopatum, qui eadem die Dominica, qua quis Sacerdos creatur, suscipi potest. Nam Canones prohibentes uno die suscipi duos sacros Ordines majores, non extendunt se ad Episcopatum. *Pal. Tract. 27 p 13. n. 4.* Et alii comm. contra Suar. quia Episcopatus ex probabili sententia non distinguitur nisi inadæquatè à Sacerdotio. Nullo quoque jure scripto, aut generali consuetudine saltem strictè obligatoria, id est, ea, in

D 5

In casu nō absoluta ordinatio nis die Sabbathi non poterit is, qui in Sabbatho suscepit unū sacrum Ordinem, in Dominica alium suscipere,

Plures Ordines eodē die suscipi nequeunt, excepto Episcopatu, qui suscipi potest eodē die, quo quis Sacerdos creatus est.

Possunt quatuor Minores cum Subdiaconatu uno die suscipi.

qua

82 *De Disp. & Qualit.*

qua Episcopus ex rationabili
causa dispensare non possit,
vetitum est, quin uno die Sub-
diaconatus cum quatuor Mi-
noribus suscipi possit. Nam
Canones, qui in contrarium
citantur, non loquuntur, nisi
de Ordinibus sacris, prohibi-
tio autem circa sacros malè
extenditur ad non sacros. V.
Vasq. *Tom. 3. in 3. part. disp. 246. c.*
5. & alios plures. Adde quod
plerique ex Authoribus huic
sententiæ contrariis admittat
illis in locis, in quibus viget
consuetudo, uno die suscipien-
di dictos quinque Ordines,
eam tolerari posse, cum à nul-
lo jure talis consuetudo dam-
natur, accedente præsertim
dispensatione Episcopi ratio-
ne interstitiorum. Cæterum
jejunium, quod juxta cit. cap.
litteras de temp. Ordin. pro
casu translatae ordinationis à
sabbatho in sequentem domi-
nicam, indicitur tam Episcopo
quàm ordinando, non est neces-
sariò naturale ut vult Laym.

Libe

Lib 5. Tract 9. C. 7. Dian. & alii, id est, non, est necessarium tale, ut ab hora ordinationis in Sabbatho factæ, nihil omnino gustet, imò ne quidem ablutionem sumat in sacro Sabbathi; sed sufficit Ecclesiasticum, id est, tale, in quo horâ undecimâ sumitur prandium, five cœna, & vesperi consueta collatio. Nam hoc est jejunium Ecclesiæ. Sanch. L 7. Conf. mor. C. 1. Dub. 51. Sylvester & alii. Neque aliud jejunium ex consuetudine servari putat Gob. Tr. 6. Cas 9 n 356. cum Gloss. in cap. quod à Patribus verb. Sabbathi. Verum quia hoc jejunium à præfatis Authoribus dicitur magnum, ut ait Sanch, & à Jordano indiscretum, & periculosum, quæ nomina non conveniunt ordinario jejunio Ecclesiæ hinc idem Gob. l. c. censet abstinendum tunc esse prædico, sumi autem posse collationem vespertinam. Sed hi tituli dari potuerunt propter continuationem jejunii usque

Jejunium
indictum
Episcopo
& ordinan-
do pro
casu, quo
transfertur
ordinatio à
Sabbatho
in Domini-
cam, nō est
necessario
naturale;
sed sufficit
Ecclesiasti-
cum.

D o in

in sequentem diem Domini-
cam, quam jejunii prorogatio-
nem Ecclesiasticum non requi-
rit. Extra jam dictum casum
nullus reperitur textus juris,
qui obliget Episcopum aut or-
dinandum ad ullum jejunium.
Unde neque Episcopus neque
ordinandus tenentur jejunare
pridie ordinationis, nisi fortè
in illum diem cadat jejunium
Ecclesiæ. Gob. l. c. n. 257. Au-
ctor nihilominus sum, ut hi,
qui per sacrorum Ordinum
suscceptionem adituri sunt mi-
nisterium ipsis Angelis tre-
mendum, angelico cibo, id est,
pridiano jejunio ex devotione
urantur. Nam ut loquitur S.
Athanasius Lib. de Virg. jeju-
nium Angelorum cibus est, &
qui eo utitur, Ordinis Angeli-
ci censendus est.

CAPVT IX.

*De irregularitate, quæ ab ordi-
nando necessario abesse debet.*

Ordināndus
non debet
esse irregu-
laris.

Septimò requiritur, ut or-
dinandus non sit irregula-
ris.

Extra su-
pradictum
casum neq;
Episcopus,
neq; ordi-
nandus
obligatur
speciali
jure ad
jejunium
pridie or-
dinationis.

Suadetur
ordinandis,
ut ad su-
sceptionem
sacri Ordi-
nis volun-
tario jeiu-
nio se di-
sponant.